Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

clementia. ut discipulus dubitans dum in magistro suo uulnera palparet
carnis. in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidem. quam fides credentium discipulorum profuit. quia dum ille palpando ad fidem reducitur. nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. Sic quippe discipulum post resurrectionem suam dubitare permisit nec tamen in dubitatione deseruit. sic ante natiuitatem suam habere mariam sponsum uoluit. qui tamen ad eius nuptias non peruenit.
Iam ita factus est discipulus dubitans et palpans testis uere resurrectionis. sicut sponsus matris fuerat custos integerrime uirginitatis. Palpauit autem et exclamauit. Dominus meus. et deus meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me credidisti. Cum paulus apostolus dicat. est enim fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium. profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est que apparere non possunt. Que enim apparent. iam fidem non habent. sed agnitionem. Lectio. In illo tempore. Thomas unus ex duodecim qui dicitur didimus. non erat cum eis quando uenit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum. et mittam digitum meum in locum clauorum. et mittam manum meam in latus eius. non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus. et thomas cum eis. Venit ihesus ianuis clausis. et stetit in medio. et dixit eis. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc et uide manus meas. et affer manum tuam. et mitte in latus meum. et noli esse incredulus. sed fidelis. Respondit thomas. et dixit ei. Dominus meus. et deus meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me credidisti. Beati qui non uiderunt. et crediderunt.
In laud. Tollite iugum meum. In euang. antiphona Non uos me elegistis. Ad lect. R. Mart. t. In euang. antiphona Isti sunt triumphatores. II. uesp. Iurauit dominus. Siluestri pape. In euang. antiphona Sacerdos et pontifex. Inuitatorium Regem confessorum. Cetera de uno confessore.

SILVESTER itaque cum esset infantulus. cyrino presbitero sedulum exhibebat officium. cuius tam uerbo quam exemplo instructus ad summum apicem christiane religionis attigit. Factus itaque iuuenis. hospitalitatem tota animi diligentia exhibebat. quam non diuitie terrene. sed uoluntatis bone thesauri adimplebant. Vnde factum est ut uenientem ab antyochia sanctum uirum nomine tymotheum religiosum christianum publica uoce predicantem tempore persecutionis hospitem susciperet. quod facere etiam